AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 67r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

me dicis bonum · & interrogas me de bono · Sequitur matheus
& dicit · Et ascendens ihe ierosolimam · assumpsit · xii · dis
cipulos secreto · & ait illis · Ecce ascendimus ierosolimam · & filius
hominis tradetur pncipib sacerdotum & scribis · & condempna
bunt eum morte · Et tradent eum gentib ad deludendum ·
& flagellandum · & crucifigendum · & tercia die resurget ·
Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cum filiis suis · ado
rans & petens aliquid abeo · & cęta usq; ad illud · ubi ait · sicut
filius hominis non uenit ministrari · sed ministrare · & dare
animam suam redemptionem pmultis · Hunc cum illo ordi
nem etiam marcus tenet · filios zebedei phibens dixisse quod
ab eis non peos ipsos sed pmatrem dictum esse mathe expressit ·
cui illa eorum uoluntatem attulisset ad dnm · Unde magis ip
sos quam illam dixisse quod dictum est marcus breuiter in
timauit · Denique & dns & sedm matheum · & sedm marcum
ipsis potius quam matri respondit · Lucas autem postea quam
ex eodem ordine commemorauit · que de passione & resurrecti
one sua · xii · discipulos pdixerit · pretermittit ea que ibi comme
morant · pque interposita occurrunt ei ad iericho · Quod
autem dixerunt matheus & marcus de pncipib gentium q
dnantur subiectis · non ita futurum inter illos · sed cui
erit maior etiam seruum futurum alior dicit · tale aliquid
& lucas sed non eo loco · ordo ipse indicat iterum ee eandem
sententiam a dno dictam · Sequitur matheus · Et egredi
entib illis ab iericho · secuta est eum turba multa · Et ecce
duo cęci sedentes secus uiam audierunt quia ihe transiret · &
clamauerunt dicentes · O ne miserere mri fili dauid · & cęta
usq; ad illud ubi ait · & confestim iuderunt · & secuti sunt
eum · Hoc & marc commemorat · sed de uno cęco factum ·